



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

362. De menstruo sanguine.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Decadem re. *Ex eodem.*

Rhaban. ibid.  
Burchard. lib.  
16. c. 14.

CCCLXI. Mulier si qua filium suum ponit supra tectum aut in fornacem pro sanitate febris, septem annos pœniteat. Qui ardere facit grana ubi mortuus est homo pro sanitate viventium & domus, quinque annos pœniteat.

De menstruo sanguine. *Rabanus ad Heribaldum.*

Rhaban. ibid.  
Burchard. lib.  
19. c. 152.

CCCLXII. De his etiam super quibus interrogasti, hoc est, de illa femina quæ menstruum sanguinem suum immiscuit cibo vel potui, & dedit viro suo ut comederet, & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testam hominis combussit igni & viro suo dedit pro infirmitate vitanda, quali pœnitentia sint plectendæ; ut nobis videtur, tali sententia feriendi sunt sicut magi & arioli, quia magicam artem exercuisse nesciuntur.

De eadem re. *Ex Concilio Anquirensi.*

Rhaban. ibid.  
c. 15.  
Burchard. lib.  
17. c. 29.

CCCLXIII. Mulier si cum muliere fornicata fuerit, annos tres pœniteat. Sic & illa quæ semen viri sui cibo miscens, ut inde plus ejus accipiat amorem, pœniteat.

Unde supra.

Burchard. lib.  
10. c. 1.

CCCLXIV. Ut Episcopi Episcoporumque ministri omnibus viribus elaborare studeant ut perniciosam & à diabolo inven-